



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio XLVI. De motivo divinæ voluntatis in opere Incarnationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

debitus; idem à fortiore, idque absque omni comparatione est in presenti.

XI.
Quaratione
hic nodus
quibusdam
videtur
solvi posse.

Hæc, ut existimo, satis ostendunt, non sequi peccatum mortale, ex eo quod mereatur pœnam in æternum duraturam, habere malitiam infinitam: & præterea probant omnem satisfactionem puræ creaturæ esse illius destructioni imparem, sicque ad illud tollendum necessarium fuisse opus aliquod theandricum, ac divinæ alicujus Personæ Incarnationem. Si tamen quis diceret, quod insinuat Suarez Disp. 7. de peccatis, sect. 3. n. 11. peccatum scilicet mortale, in actu primo mereri omnem pœnam possibilem, ait enim Deum pro peccato mortali posse præfigere & imponere ma-

jorem & majorem pœnam in infinitum: idem asserere videtur Tannerus hic, Disp. 1. quæst. 2. dub. 10. num. 333. & ut supra, sect. 5. dixi, hoc etiam docere videtur S. Athanasius in Evangelio de Passione & Cruce Domini, apud Vasquez Tomo 1. in 3. partem, Disput. 4. cap. 3. Sancti Athanasii verba citavi supra, sect. quinta circa finem, idemque affirmarunt nonnulli recentiores: Hoc, inquam, si diceretur, multo clarius ostendi posset cur nulla opera puræ creaturæ pro peccato mortali satisfacere possint, aut illius remissionem mereri; ad prædicti tamen argumenti solutionem non est opus huc recurrere.

Nonnulli ex
Theologis in-
sinuant pec-
catum mor-
tale in actu
primo mere-
ri omnem
pœnam pos-
sibilem.

DISPUTATIO QUADRAGESIMA S E X T A.

De motivo divinæ voluntatis in opere Incarnationis.

PATRES, ut summam divini Numinis in humanum genus benignitatem & clarius cognoscerent ipsi, & nobis manifestiorem redderent, causam qua infinita illa bonitas mota est ut tantum in nos beneficium, quale est divini Verbi Incarnatio, conferret, accuratissimè inquirunt. Nos ergo eorum vestigiis insistentes quanquam in eximio hoc opere Dei fuerit intentio perscrutabimur, & cum videamus effectum, investigabimus affectum. In hoc autem præcipuè versatur quæstio, utrum scilicet ita dependenter à lapsu Adami decreverit Deus Incarnationem Verbi divini, ut illo deficiente, perfectum hoc mysterium non fuisset, & Deus non esset homo nisi peccasset homo. Acris est hac in parte disceptatio inter Thomistarum & Schotistarum scholam. Rem sequentibus Sectionibus definiemus.

SECTIO PRIM A.

*Vtrum si Adamus non peccasset, Ver-
bum divinum humanam
carnem assumpsisset.*

I.
Tres hæc in
parte diver-
sæ sunt pro-
cedendi modi.

IN varias hac in re divisi sunt sententias Theologi, summamque inter se contentione decertant, ac negativam alii, alii affirmativam, mediam alii partem acerrimè propugnant: singulorum placita referam, & quid demum probabilius mihi, veròque similis in hac controversia videatur aperiam, remque totam, ea quæ

R. P. Comptoni Theol. Schol. Tom. II.

poterò, materiæque gravitas patitur, brevitate percurram.

Quæstio autem procedit ex vi præcedentis decreti, Utrum nimirum dependenter à lapsu hominis Incarnationem filii sui decreverit Deus, an enim ex vi alterius voluntatis fuisset venturus nec ne, nos omnino latet, ipsique soli notum est, sicut si hos cælos, aut Angelos non creavisset, utrum creavisset alios: tota verò hæc controversia ex Scripturâ sacrâ, & Patribus est dirimenda.

Notandum primò: Licet Deus unico indivisibili actu realiter res omnes velit, secundum diversum tamen ordinem, qui inter res creatas prout à divinâ voluntate pendent, cernitur,

Z 3

II.

Quæstio præcedit de Incarnatione ex vi præsentis decreti, sicut resolutio ex divinis Literis est designanda.

III.

Eadè voluntate Dei realiter, diversa habet significationem.

diversa

Tom. II.

diversa etiam in divinis volitionibus distingui rationis signa, ut latius ostendi solet in materia de Prædestinatione, & ibidem sigillatim ea distinxit, Disp. 45. sectione tertiâ.

IV.

Modus Incarnationis, passibilitas scilicet Christi fuit dependenter à peccato.

Notandum secundò: In confesso esse apud omnes, quicquid sit de substantiâ Incarnationis, modum tamen, nempe quòd venerit Christus passibilis, fuisse dependentem à peccato Adami, pro cuius remedio mortuus est, ut ex Scripturis constat.

V.

Prima sententia ita dependenter à peccato Christi venisse asserit, ut homine non peccato, ex vi presentis decreti, omnino non venisset.

Quoad primum ergo tres sunt diversæ sententiæ. Prima S. Thomæ hic, art. 3. quem sequuntur Thomista. Capreolus, Caietanus, Ferrarius, Valentia hic, quæst. 1. puncto 7. Albertinus Tomo 1. 6. principio philosophico, corol. 1. num. 6. Vasquez hic, Disp. 10. c. 4. & primâ parte, Tom. 1. disp. 82. & alii. Asserit hæc sententia Incarnationem Verbi divini ita dependenter à peccato Adami de facto præfinitam fuisse, ut nisi is peccasset, Deus carnem nunquam ex vi hujus decreti assumpsisset.

VI.

Secunda sententia e contra docet, Deum, etsi homo non peccasset, humanam tantum naturam fuisse assumpturum.

Secunda sententia est Scoti cum Scotistis in 3. Dist. 7. quæst. 3. & alibi, tenet etiam Halensis tertiâ parte, quæst. 2. memb. 13. Pater Alphonsus Salmeron Tomo 15. disp. 3. ubi post longam disceptationem, tandem præfert hanc secundam sententiam. Asserunt ergo hi auctores, etiamsi homo non peccasset, Deum tamen ex vi præsentis decreti naturam nostram assumpturum fuisse, nempe ob pulchritudinem Universi, mysterii excellentiam, honorem Dei, &c.

VII.

Tertia sententia duplex in Deo circa Incarnationem statuit decretum ex duobus motivis totalibus, & ex utroque decreto dicit venturum fuisse Christum.

Tertia sententia est Patris Suarez, qui singularis est hac in parte, quamvis præter morem obscurius loquatur, dicit itaque Deum in opere Incarnationis exequendo duplex habuisse motivum totale, & primò illud decrevisse ante prævisionem peccati, ex complacentiâ excellentiæ ipsius mysterii. Deinde post prævisum peccatum secundò etiam præfinitum Christum ex intentione nostræ salutis. Duo itaque ponit in Deo decreta hujus mysterii, primum, ex vi cuius abstrahit Christus à passibilitate, vel impassibilitate; secundum, quo decernitur venturus quidem, sed ut passibilis, sicque venit, inquit Suarez, de facto propter nos & nostram salutem ex vi hujus secundi decreti, venturus nihilominus ex vi prioris, sive peccasset homo sive non.

VIII.

Hæc sententia, etsi quædam Scriptura testimonia salvet, illis tamen non satisfaciunt, quibus ita dicitur Christus ob redemptionem humani generis venisse, ut aliter non venisset.

Sed contra hanc doctrinam Suarez est, quod licet salvet locutiones illas Scripturæ, ubi dicitur Christus absolute venisse in redemptor, ut salvum faceret quod perierat, &c. & consequenter contra ipsum hæc Scripturæ sacra testimonia adduci non possunt, sicut contra Scotum: cum illis tamen testimoniis non stat hæc sententia, in quibus dicitur ita ob hunc finem venisse Christus, ut hoc cessante omnino non venisset, ut Marci 2. Non veni vocare justos, sed peccatores: ubi ait se non nisi ad hunc finem venisse, ut scilicet peccatores redimeret. In Epistolâ etiam ad Hebræos ideo solum ait Apostolus filium Dei nusquam apprehendisse Angelos, sed semen Abraham, ut nos redimeret, & mortem destrueret. Ecclesia insuper Sabbato sancto ad benedictionem cerei canit: O certè necessarium Ade peccatum, quod Christi morte deletum est, & in antiquo Hymno Beatæ Virginis dicitur: Peccatores non abhorres, sine quibus nunquam fores tanto digna filio.

IX.

Patres docent ita in remedium peccati venisse.

Imo omnia alia Scripturæ loca faciunt contra Suarez, si sumantur, ut sumi debent, in sensu, quo ea Patres intelligunt, qui disertè affirmant ita ob peccata in carne venisse Deum, ut omni-

no nisi ob eorum remedium venturus non fuisset. Sanctus Augustinus Sermone 8. de verbis Apostoli sic habet: Si homo non periisset, filius hominis non venisset: & Sermone sequenti, Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores salvos facere, & in Psalmo 36. Concione secundâ: Si tamen ò homo non dimitteres Deum, non fieret pro te Deus homo. Sanctus Irenæus lib. 5. contra hæreses, cap. 14. Si non haberet caro salvari, nequam Verbum Dei caro factum esset. Tandem ut alios omittam, Sanctus Leo Sermone 3. in Pentecosten: Si homo, inquit, ad imaginem & similitudinem Dei factus, in sua honore natura mansisset, nec diabolica fraude deceptus, à lege sibi posita per concupiscentiam deviasset, creator mundi creatura non fieret.

Quæ Patrum testimonia aperta sunt, & tam contra Suarez, quàm Scotum probant, si homo non peccasset, Deum carnem nunquam fuisse assumpturum: dicere enim solum velle Patres non assumpturum fuisse carnem passibilem, est planè contra eorum mentem, cum ipsi clarè dicant non fuisse omnino venturum in carne, nisi ratione peccati, cum enim particula non sit malignantis naturæ, negat omnia, quibus præponitur, & dicere non venires, non magis est dicere non venires passibilis, quam impassibilis, sicut cum dicunt, si Adamus non peccasset, non fuisset ejectionis à paradiso, malè quis interpretaretur, solum non ejectionem fuisse tam citò, vel cum tanto dedecore, cum de substantiâ ejectionis loquantur Patres, non de circumstantiis.

Et quæro, si vel Suarez, vel quis nostrum asserere vellet Christum non omnino fuisse venturum, nisi homo peccasset, quibus verbis id clariùs dicere potuisset. Deinde est contra regulam à Suarez, & omnibus Theologis admittam, nempe non esse locutiones Scripturæ, & Patrum ad improprios sensus detorqueudas, nisi ubi manifesta cogit necessitas, quæ hic nulla est; nullum enim grave incommodum sequitur, si prout jacent verba, intelligantur.

SECTIO SECUNDA.

Deciditur Quæstio circa motivum Incarnationis.

DICENDUM itaque cum Sancto Thoma, & auctoribus primæ sententiæ, si homo non peccasset, Deum, saltem ex vi præsentis decreti, humanam carnem assumpturum non fuisse. Ratio est, quam assignat Sanctus Thomas hic, art. 3. Corp. quòd ea, quæ ex solâ Dei voluntate proveniunt, non nisi ex solâ Dei revelatione innotescere nobis possint, sed in sacris literis, præsertim eo modo quo Patres ea capiunt intellectis, ratio Incarnationis ubique ex lapsu hominis assignatur, ergo quantum colligere possumus, unica vel præcipua saltem ratio, ob quam de facto Deus carnem assumpsit, fuit Adami peccatum, & humani generis redemptio.

Quòd vero hæc ratio, vel unica vel præcipua assignetur in Scripturâ, præter jam dicta, probatur ex eadem Scripturâ, nam Luca 19. dicitur Venit filius hominis querere & salvum facere quod perierat: ad Romanos etiam 3. Quem proposuit Deus propitiationem ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum: ad Gala. 4. At ubi

nisse Christi, ut alii quoniam omnino non venisset.
S. Augustini, S. Irenæi, & Leonis laudata hæc de re testimonia.
Ex his sententiis patet iuxta Patres Christum non ad delinquentem venisse omnino venturum.
Non videtur tamen potuisse Patres hæc in re clariùs loqui, quoniam sunt locuti.
Conclusio: Si homo non peccasset, Deus in carne non venisset.
Ratio est, quia sacra Litera Incarnationis verbi unica vel præcipua saltem assignat peccatum.
Referuntur alia quædam Scripturæ testimonia præter supra dicta, propter ad hoc præbandum.

At ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus: primæ ad Timotheum 1. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus JESVS venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* & in Symbolo Nicæno habetur: *Propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis &c.* Concilia item Nicænum primum & Toletanum sextum expressè referunt causam adventus Christi in lapsum primorum parentum, quod & faciunt Patros omnes supra relati: solus Rupertus libro tertio de gloria & honore filii hominis, est contrariæ opinionis.

In Symbolo Nicæno expressè habetur Christus ad humani generis redemptionem de cælo descendisse.

III. Hinc ergo constat motivum Incarnationis (etiam quoad substantiam) de facto fuisse redemptionem hominum, cum in Scripturis simpliciter dicatur illius causâ, & quasi per antonomasiam, & consequenter necessariò dicendum fuisse conditionem: ex vi præsentis decreti ad illam requisitam: mirum enim est, si alia fuisset principalis ratio motiva Dei in hoc opere, nullam vel exiguam valdè factam illius fuisse mentionem in Scripturis, hanc verò toties, tamque expressis verbis significari, si vera ratio motiva non fuisset, sed sola illius circumstantia, nempe passibilitas, ut volunt adversarii, quem tamen sensum verba Scripturæ non ferunt, cum dicatur Deus ob salutem hominum non solum passibilis venisse, sed absolutè. Sicut si quis in regionem aliquam proficisci statuisset, deinde intelligens velle esse latronibus infestam, arma sumeret, certè hic ob latrones non posset absolutè dici in regionem illam ivisse, sed arma solum sumpsisse. Et hoc præcipuum est hujus sententiæ fundamentum.

Res hæc ex pto ab humanis de sumptu ulte riori declaratur.

IV. Secundò probatur: In hoc enim majorem ostendit erga nos amorem Deus, quod propter nos & nostram salutem naturam nostram assumpserit, quàm quòd solum novam aliquam in gratiam nostri circumstantiam adjecerit, aliàs venturus, vel ob gloriam suam, vel completam perfectionem Universi, ut volunt adversarii, cum hic & substantiam & circumstantiam nostri causâ velit. Deinde dignior hæc est via præfiniendi hoc mysterium, magisque illud exaltat, dum supra omnem ordinem Universi ponitur, quàm si dicatur debitum Universo fuisse. Tandem (verba sunt Sancti Bernardi) *Plus ascendit amorem divinum in nobis, plus enim excitat devotionem animæ fidelis, quòd Deus sit incarnatus ad delenda scelera nostra, quàm propter consummanda opera sua: hæc ille.*

Dignior est hæc mysterium incarnationis præfiniendi via.

V. Imò, licet cum Suarez ponatur duplex motivum totale adventus Christi, nempe & gloria ipsius, & nostra salus, non esset ostensio tam singularis amoris, qui tamen in Scripturis ob hoc mysterium deprædicatur, si aliàs venturus salutem nostram, ut causam tantum secundariam adventus adjunxisset, cum jam videatur ex vi primi motivi devicta quasi difficultas hujus negotii.

VI. Et si ulterius singamus, non fuisse hæc motiva subordinata, sed æqualia, non tamen ita peculiari ratione ostendatur in eo casu amor Dei, & benevolentia erga nos, nec esset tam singulare beneficium, ac si solum propter nos carnem assumpisset: sicut enim idem beneficium in duos vel plures collatum, non est tantum in ratione beneficii, nec ostendit tam singularem affectum conferentis, atque si in unum solum conferretur; ita nec tantum ostendit amorem, si aliunde quis

facturus aliquid, faciat etiam in gratiam alterius, ac si tantum in gratiam illius fecisset.

Ad argumenta posita responderet Suarez, & ait primum decretum terminatum ad Incarnationem non quomodocumque, sed optimo modo exequendam, optimus autem modus erat, ut fieret ob redemptionem hominum; posito ergo decreto de Incarnatione, & scientiâ conditionatâ, lapsus hominis si in iis circumstantiis poneretur, voluit Deus Christum venire, ut hominem redimeret. Dicit verò non fuisse decretam Incarnationem tanquam medium ad auferendum peccatum, sed Incarnationem optimo modo faciendam fuisse finem peccati, & hujus permissionem medium necessarium ad illam hoc modo exequendam, ex eo enim quod voluit Christum ut redemptorem, permisit peccatum, quod suo adventu tolleretur, & hoc modo, inquit, salvantur locutiones Patrum supra posita.

VII.

Respondeat Suarez primum decretum terminatum fuisse ad Incarnationem optimo modo exequendam.

Sed contra primò: Jam enim conceditur quod intendimus, non venturum fuisset Christum, nisi peccatum fuisset commissum, cum alioqui venire non potuisset redemptor. Contra secundò: Patres non solum dicunt non venturum Christum, nisi homo peccasset, sed ulterius aiunt hoc fuisse motivum antecedens, & decretam fuisse Incarnationem ex amore nostræ salutis, ac propterea venisse Christum. Sic in particulari loquitur Sanctus Augustinus: *Magnus, inquit, de calo venit medicus, quia magnus in terra jacebat ægrotus.* Cum tamen Suarez dicat non venisse ideo medicum, quia erant morbi, sed ideo fuisse morbos, ut veniret medicus, & hos fuisse quasi medium ad illius adventum. Contra tertio: Hoc enim non extollit, sed minuit potius Charitatem Dei toties in Scripturâ occasione hujus mysterii commendatam, Charitas namque summa est, ubi sunt morbi, in eorum remedium mittere medicum, ac velle morbos ut medicus occasionem habeat ostendendi suam peritiam, sanè exigua videtur Charitas.

VIII.

Hæc responsio enaccedere videtur Christum venisse ob peccatum.

Contra quartò: Nam ut optimè Vasquez hic, disp. II. cap. 4. si antecedentor ad prævisionem peccati prædefinitus fuerit efficacior Christus ut redemptor, seu medicus, ergo ex vi hujus voluntatis debebat Deus velle, ut Christus redimeret & curaret, ergo etiam debebat velle ut esset materia redemptionis & curationis, ergo indirectè saltem & implicite velle peccata, cum necessaria sint ad hunc finem, & si non fuisset Adam peccaturus in his circumstantiis, ut fieri potuit, tenebatur Deus ex vi prioris voluntatis ponere ipsum in aliis & aliis circumstantiis, donec tandem peccaret, quod absolum planè videtur à divinâ bonitate, esset enim aliquo modo velle mortem peccatoris, quod Deus affirmat se nolle. Si autem dicatur in illo priori signo solum velle eum ut redemptorem conditionatè, seu casu quòd sint futura peccata, ergo non fuit absolutè præfinitus Christus ut redemptor, nec ut talis venisset ex vi illius decreti.

IX.

Ex prædictâ etiam solutione sequi videtur Deum debuisse indirectè velle peccata.

SECTIO TERTIA.

Solvuntur objectiones circa motivum Incarnationis.

OBJECTUR primò: Ad infinitam Dei virtutem & omnipotentiam ostendendam spectat, ut se per infinitum aliquem effectum univcrso

I. Ad infinitam Dei virtutem univcrso

TOM. II.

autem & potentiam ostendendam non fuit necessaria incarnatio.

Univerſo manifeſtet, ergo hoc nomine quantumvis homo non peccaſſet, Perſona aliqua divina naturam creatam aſſumere debuiffet, nullum enim aliud præter hoc opus eſt infinitum. Reſpondetur cum Sancto Thoma hic, quaſt. 1. art. 2. divinæ virtutis infinitatem ex ipſo modo res ex nihilo producendi perfectiſſimè elucere, unde ad hunc finem nullo modo neceſſaria erat Incarnatio.

II.

Obiicit Verba illa: Dominus poſſedit me, &c.

Obiicitur ſecundò: Verba illa, Proverbiorum octavo: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum antequam quidquam faceret*, quem locum de Verbo incarnato communiter intelligunt Patres, ergo prædeſtinatus eſt Chriſtus ante alias res omnes. Reſpondetur cum Vaſquez, diſp. 10. cap. 10. Patres quando aiunt hunc locum intelligendum de Verbo incarnato, non ſequi interpretationem vulgatam, ſed Septuaginta, quæ ſic habet: *Dominus creavit me initium viarum ſuarum*, pro iis autem verbis, *antequam quidquam faceret*, habent Septuaginta in opera ſua, ſeu ad opera ſua, quem proinde locum ſic acceptum non de Verbo ſecundùm ſe, ſed in humanâ carne intelligunt Patres diſputantes contra Arianos, ne videatur Verbum dici creatura.

Ex diverſa lectione oſtenditur verba illa nihil facere pro incarnatione Verbi independentem à peccato.

III.

Varia referuntur interpretationes, quas Sancti Patres prædiſtis Verbis adhibent.

Sanctus ergo Hilarius, & Sanctus Auguſtinus ſequentes lectionem Septuaginta, ſic locum hunc intelligunt, ut Chriſtus creatus ſeu factus à Deo fuerit initium viarum ſecundùm humanitatem, id eſt, ut eſſet via & iter Eccleſiæ ad cæleſtem patriam, juxta illud Joannis 14. *Ego ſum via, veritas, & vita*, & creatus dicitur ad opera, id eſt, ut opera Dei redimeret, & ad regnum cælorum perduceret: hæc illi. Ad quem etiam ſenſum eadem verba explicat Sanctus Athanaſius Sermone tertio contra Arianos: *Dominus, inquit, creavit me initium viarum ſuarum, id eſt inter homines me creando conſtituit pro hominum ſalute, antequam terra fieret*, temporaliter ſcilicet, non præſiniretur ab æterno, ſi ſermo ſit de Verbo incarnato. Si verò ſequamur lectionem vulgatam, dicere poſſumus ſermonem ibi eſſe nec de Sapientiâ incarnatâ, nec etiam de ſecundâ Perſonâ Trinitatis, ſed de Sapientiâ ſecundùm ſe, & ſignificari eam ſemper cum Deo fuiſſe antequam quidquam faceret, quod etiam non incongruè intelligi poteſt de ipſâ ſecundâ Perſonâ ſecundùm ſe. Adverſarii verò ab unâ lectione tranſgrediuntur ad aliam, ſi tamen uni ſtent, ut debent, argumentum nullam habet vim.

Peculiaris illorum verborum explicatio S. Athanaſii.

IV.

Dicit etiam jure poteſt Chriſtus initium viarum Dei, id eſt ordinis dignitatis.

Alio etiam modo explicari poſſunt verba illa, *creavit me initium viarum ſuarum*, non initium ordine cauſalitatis, ſed dignitatis, ſi ſermo ſit de Chriſto, quo ſenſu capiuntur illa verba Jacobi primo, *ut ſimus initium aliquid creatura ejus*, id eſt inter creaturas ejus principatum teneamus, ſicut Job 40. de Behemoth dicitur: *Ipe eſt principium viarum Dei*, id eſt ipſe magnitudine corporis cæteris beſtiis antecellit.

V.

Chriſtus fuit dignitate primogenitus omnis creatura.

Obiicitur tertio illud Eccleſiaſtici 24. *Ego ex ore altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam*: & ad Colofenſes 1. vocatur Chriſtus *primogenitus omnis creatura*. Reſpondetur eſſe primogenitum dignitate, juxta illud Exodi 4. *Filius meus primogenitus Iſrael*. Multi tamen hæc intelligunt de Chriſto ſecundùm divinitatem, eo quòd genitus ſit ab æterno ante omnem creaturam. Quædam verò ex iis, quæ addit Sanctus Paulus hoc loco intelliguntur de Chriſto ſecundùm divinitatem ut in ipſo, id eſt per ipſum condita ſunt univerſa, &c. quædam ſecundùm hu-

manitatem, ut quod ſequitur *primogenitus ex mortuis*, &c. Illud autem primæ ad Corinthios 3. *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei*, non eſt intelligendum de creatione, ſed quod tanquam ſervi emptitii fumus Chriſti, cui proinde totam vitam noſtram & actiones tanquam Domino conſecrare debemus: alioqui, ſi ſolum ad gloriam Dei Chriſtus fuiſſet creatus, veniſſet, licet mundus non fuiſſet omnino condendus. Secundò ad hoc dici poteſt, omnia ordinata eſſe ad gloriam Chriſti, non ex primariâ intentione, & antecedenter, ſed conſequenter, præſinivit enim Deus Chriſtum in remedium peccati præviſi, deinde in poſteriori ſigno videns filio ſuo ob dignitatem & merita omnem gloriam eſſe debitam, decrevit omnia in illius gloriam ordinare.

Obiicitur quartò Sanctus Irenæus, qui lib. 3. cap. 3. ait: *Cum præxiſſet ſalvans, oportebat quòd & ſalvaretur fieri, ut non vacuum ſit ſilvans*, ergo juxta Sanctum Irenæum voluit ſi Chriſtus ante alios homines. Sed contra: Hoc enim teſtimonium æquè urget adverſarios, cum Irenæus dicere videatur, non ſolum voluit eſſe Chriſtum ante alios homines, ſed etiam volitum fuiſſe ſalvatorem, & conſequenter paſſibilem, quòd ipſi negant. Reſpondetur itaque, intelligendum eſſe S. Irenæum, vel de Chriſto ut Deo & Salvatore in actu primo, ſeu antecedenter ad decretum de Incarnatione, vel de præexiſtentiâ durationis decreti de Salvatore ad ejuſdem executionem, quòd proinde exigebat, ut fieret in tempore, quòd ſalvaretur, ne vacuum foret, & fruſtra exiſteret Salvator.

Aliæ etiam afferuntur Patrum auctoritates, quæ vel loquuntur de Chriſto ut Deo, vel comparando ipſum ut in præſcientiâ ad peccatum, & certum eſt hoc modo poſteriori fuiſſe peccatum, non tamen ſi ambo conſiderentur ut in præſcientiâ, ſicque quando S. Cyrillus lib. 5. theſauri c. 8. & alii dicunt Deum præfundaviſſe Chriſtum ante nos, ut benedictio maledictionem præcederet, intelligunt Deum præparaviſſe Chriſtum redemptorem ab æterno, antequam nos eſſemus miſeri in tempore, non antequam eſſemus miſeri in præſcientiâ Dei.

Obiicitur quintò: Ergo hoc myſterium non eſt primariæ Dei intentionis, ſed occaſionatum ſolum, & inferiori modo volitum, quàm alia multa in Univerſo. Reſpondetur, concedendo totum, ut probant Scripturæ, & Patrum teſtimonia ſupra poſita. Imò videtur ſpectare ad excellentiam hujus myſterii, ut non ordinetur ad perficiendum Univerſum, ſed eùm infinitis gradibus res creatas ſuperet, dignius eſt ut his omnibus ſit indebitum. Dices, ergo fuit volitum per accidens. Diſtinguo: Si per accidens intelligatur contingenter, concedo; ſi caſu, ſeu non ex perfectiſſimâ ſcientiâ, nego. Dices ſecundò: Perfectius non poteſt ordinari ad imperfectius, ergo nec Incarnatio ordinari ad ſalutem hominum. Diſtinguo antecedens: Non poteſt ordinari intrinſecè, tranſeat, licet hoc etiam ſubinde ſit falſum, eùm Sol ordinetur ad metalla, potentia ad actus, &c. extrinſecè nego; Incarnatio autem extrinſecè ſolum refertur à Deo ad redemptionem hominum, ſicut etiam homines prudenter ordinare poſſunt actum Charitatis ad temperantiam, vel patientiam obtinendam. Unde falſum eſt quòd ait Faber, cum, qui ordinatè vult, debere priùs velle ea, quæ ſunt dignitate propinquiora.

Quædam intelliguntur hæc verba: Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.

Dicit S. Irenæus aliter Chriſtū ante alios homines fuiſſe volitum.

Alia quædam ſunt locutiones quæ pãſa ſunt intelligenda.

VIII. Dicit: Ergo Incarnatio Verbi fuit tantum voluntatis ſecundariæ.

Reſp. Scriptura & Patrum dicta, quæ ſupra retulimus hoc videtur aſſerere.

Quod eſt perfectius priùs extrinſecè ordinari ad imperfectius.

propinqua fini, nempe Deo, sed solum propinqua causalitate, seu in ratione mediū & finis, Christi autem Incarnatio in ratione finis non fuit magis propinqua Deo, cum volita fuerit ob salutem nostram, licet tandem omnia referrentur ad Deum: & hoc argumentum probaret, nec operationes Christi passibilis posse ad hoc opus referri.

IX. Objicitur sextò: Ergo Christus non fuit prædestinatus modo tam nobili, quam nos. Respondetur primò: Non multum id referre cum Scriptura affirmet ita factum esse. Secundò dico, fuisse præfinitum modo nobiliori, ita nimirum ut omnia tandem ad illius gloriam ordinarentur. Dices: Ergo plus amavit nos Deus, quam Christum, nam propter quod unumquodque tale & illud magis. Distinguo consequens, affectu quasi desiderii & amore antecedente transferat, hac enim ratione plus cupiuit salutem nostram, quam existentiam humanitatis Christi: amore tamen complacentiæ infinites plus amat Deus Christum, quam res omnes creatas.

SECTIO QUARTA.

Alia objectiones circa motivum Incarnationis.

I. Objicitur septimò, Sanctum Augustinum libro primo de Nuptiis cap. 21. asserere, etiamsi primus parens non cecidisset, futurum nihilominus in mundo fuisse Sacramentum matrimonii. hoc autem, ut ait Apostolus ad Ephesios 5. est in Christo & Ecclesiâ, ergo Incarnationis mysterium non dependebat à lapsu Adami, sed fuisset juxta Sanctum Augustinum in statu nature integræ, ac proinde non est primò præfinitus Christus ob hominum salutem, seu ad humani generis reparationem. Respondetur: Quantumvis, ut ait S. Augustinus, Sacramentum matrimonii fuisset in statu innocentie, & verè gratiam contulisset, non tamen fuisset Incarnationis Christi significativum, ut modò est; Apostolus verò loquitur secundum præsentem rerum statum, in quo, ut ostensum est, propter nos & nostram salutem divinum Verbum naturam humanam assumpsit; unde Sacramentum matrimonii alio modo jam est significativum, quam tunc fuisset.

II. Objicitur octavò Concilium Tridentinum sessione sextâ, capite septimo, dicens: *Causa finalis nostra justificationis ac salutis est gloria Christi*, ergo non potest nostra salus esse causa finalis adventus Christi. Nego consequentiam: Nec enim dicit Concilium Christum esse causam finalem nostræ justificationis, sed gloriam Christi: in primo ergo signo post prævisum peccatum est decretum adventus Christi, in secundo nostra salus: in tertio accidentalis gloria Christi eidem ex salute nostrâ redundans.

III. Objicitur nonò: Ergo & potest Deus permittere peccatum ex amore erga Christum, & gloriam ipsius, quod tamen videtur aliquo modo velle peccata, ut inde eveniant bona, & contra superius dicta, esset enim velle saltem indirectè vulnera, ut medicus occasionem habeat peritiam suam ostendendi, & ut gloriam sibi ex eorum curatione comparet. Respondetur distinguendo consequens; Potuit Deus ex affectu er-

ga Christum positivè velle permissionem peccati, eligendo quasi illam ut medium utile ad gloriam, Christi. Nego consequentiam: Potuit ex affectu simplici, seu complacentiâ in Christo tanquam removente prohibens, permittere peccatum, concedo.

Quod ut melius percipiatur, consideremus Deum pro illo signo ex unâ parte videntem malitiam peccati conditionatè futuri, ex aliâ Christum & illius gloriam, malitia peccati ex se retardaret Deum, ne illud permitteret, jam verò minus retardat, cum videat se habere tale remedium in promptu, quod illud permissum delere possit, cum tanto bono hominum, & gloriâ Christi, ac Dei. Sic dicitur Deus ex affectu erga humilitatem ac pœnitentiam hominis, permittere in eo peccatum, non quòd hanc eligat ut medium ad pœnitentiam, sed quòd affectus erga humilitatem & pœnitentiam minuatur quasi vires peccati ad impediendam illius permissionem, præsertim cum aliunde habeat occasionem illud permittendi, ut nimirum indemnem servet hominis libertatem, ipsūque regat juxta naturæ suæ conditionem, unde cum hoc semper stat quòd ad actionem peccaminosam concurrat invitus.

Objicitur decimò: Christus fuit primus prædestinatus, & exemplar cæterorum, ergo prævisus fuit ante prævisionem peccati. Respondetur primò: Christum dignitate fuisse primum, id est, prædestinatum ad altiorem gratiam & gloriam, quam fuerunt cæteri omnes. Secundò dico, fuisse Christum prædestinatum ante prædestinationem aliorum, non tamen ante lapsum; prius ergo est prævisum peccatum, deinde præfinita Verbi Incarnatio, postea ex Christi meritis jam prævisis homines electi sunt ad gloriam.

Objicitur undecimò: Adamo in paradiso revelatum fuit hoc mysterium, ut colligitur ex illis ejus verbis Genesis secundo: *Hoc nunc os ex osibus meis*, &c. quæ verba referens Apostolus cap. 5. ad Ephesios, subjungit: *Sacramentum hoc magnum, ego autem dico in Christo & Ecclesiâ*, ex quo loco deducunt Patres, S. Hieronymus, S. Leo, & alii, habuisse Adamum noticiam hujus mysterii ante lapsum, ergo non erat posterior peccato, sic enim cognoscere debebat lapsum suum futurum.

Ad hoc responderi potest primò cum Rupertus in Genesim lib. 2. Molinâ primâ parte, q. 57. art. 5. d. 2. Lessio, Cominck, & aliis, Adamum non habuisse fidem explicitam hujus mysterii, sed tantum implicitam & confusam. Dicit ergo potest hoc solummodo tunc cognovisse Adamum mysterium Incarnationis, quatenus cognovit vinculum matrimonii, quod est conjunctio maris & femine, significare magnam conjunctionem Dei cum humano genere, ut fiant unus spiritus, sicut fuerunt illi una caro, utrum autem futurum erat hoc vinculum assumendo naturam nostram, an alio modo, nescivit Adamus: unde ait Apostolus in hunc locum, ego autem dico in Christo & Ecclesiâ, qui proinde dicit se interpretari verba Adami, non Adamum ipsum. Patres verò supra positi, ab omnibus sunt explicandi, alioqui sequeretur Adamum non solum cognovisse explicitè Incarnationem, sed passionem Christi, & redemptionem, ac lapsum suum, quod nullus concedit; Patres enim dicunt Adamum in illo raptu fuisse typum Christi dormientis in Cruce, & Ecclesiam fuisse formatam ex ejus latere,

IV.
Deus videndo Christum, & tale se habere remedium in promptu, minus retardat ut ad permissionem peccati.

V.
Christus fuit primò prædestinatus dignitate.

VI.
Dicit, Adamo in paradiso ante lapsum habuit mysterium hoc, rii hujus revelationem.

VII.
Resp. Adamum in paradiso implicitam tantum Incarnationis cognitionem habuisse, nempe in vinculo matrimonii.

Apostolus Adamum verba interpretatur.

TOM. II.

latere, sicut formata fuit Eva ex costâ Adami, hic ergo omnes fateri debent ipsos locutos fuisse de cognitione confusâ, ergo & in altero.

VIII.

Est Adamus habuisset explicitam cognitionem Incarnationis, non tamen necessarium cognoscere debuit vel causam illius vel modum.

Secundò responderi potest, & magis ad mentem Sancti Thomæ, habuisse Adamum in extasi illâ inditam sibi fidem explicitam Incarnationis, quæ tamen cognitio, licet tempore fuerit prior peccato, naturâ tamen erat posterior, sicut cognitio, quam modò habemus de die Judicii. Ex quâ tamen cognitione non sequitur ipsum scire debuisse vel causam adventus Christi, vel modum.

SECTIO QUINTA.

Ordo decretorum circa mysterium Incarnationis.

I.

Plurimi, ac diversissimi hæc in re sunt procedendi modi.

Cur hæc de re tanta sit opinio diversitas.

Quid mihi hæc in parte verisimilius sit aperiam.

MIRUM est quanta in hoc sit Theologorum dissensio, opinionumque varietas, ita ut Pater Tannerus hic, disputatione primâ, quæstione primâ, dubio sexto affirmet, octodecim ac plures se diversos vidisse circa hoc punctum procedendi modos. Hujus ratio est, quod de re tam aditâ ac sublimi sit sermo, Dei scilicet decretis, quis autem consiliarius ejus fuit? dum ergo quisque voluntatis ejus actus, rerumque ad nos in hoc præsertim mysterio spectantium dispositionem pervestigat, & speculando assequi contendit, in diversas itum est sententias, & hi unam, illi aliam, nullus fortasse veram divinæ ordinationis rationem ac seriem hæc in parte assignat. Aliquid etiam mihi pro instituto dicendum, quiddam circa divina isthæc decreta, si non verum, vero saltem similius videtur aperiendum, si verò rem non assequar, haud tamen mihi decorem cum tantis viris errare, quod eorum aliquos, cum divinando tantum procedant, nec certi quidquam in quo pedem figant, habeant, fecisse, est indubitatum.

II.

Disputationis causâ ponantur decreta realiter distincta.

III.

Dicunt aliqui Deum unico simplicissimo actu, & re & ratione hæc omnia discernere.

Neque Incarnationem sine permissione peccati, neque hæc sine illâ ex vi hujus decreti futuram fuisse affirmant.

Ut autem res hæc per se obscurissima, clariùs percipiatur, ponamus decreta divina esse realiter inter se distincta, & rationis signa esse diversa instantia realia. Querimus ergo quid prius, quid posterius Deus circa Incarnationem decernat.

Recentiores aliqui cum Molina parte primâ, quæst. 23. art. 4. dub. 1. memb. 7. & 8. facile se ab hac difficultate expediunt, dicunt enim Deum per scientiam conditionatam antecedenter ad quodvis decretum scire omnes combinationes rerum possibles, & quid in quibuscumque circumstantiis vel fiet, vel fieri possit, quâ scientiâ positâ, inquirunt, Deus unico simplicissimo actu & re & ratione elegit hunc rerum ordinem præ omnibus aliis possibilibus, sicque ex vi hujus decreti nec Incarnationem sine permissione peccati futuram fuisse dicunt, neque hæc sine illâ, cum ablatâ parte objecti necessariò mutetur actus. Dicunt tamen non esse decretam Incarnationem post prævisum peccatum, cum enim prævisio peccati sequatur decretum de illius permissione, sequeretur manifestè contra ipsos non esse idem decretum de adventu Christi, & de permissione peccati, decretum enim Incarnationis supponeret prævisionem peccati, prævisio peccati decretum de illius permissione, ergo decretum de permissione peccati uno vel altero signo præcedit decretum de Incarnatione, ergo non sunt idem decretum formaliter.

Quicquid sit de hujusmodi decreto, possibile sit, necne, de quo in tractatu de Prædestinatione dixi Tomo præcedente, disp. 40. in præsentibus nullo modo est admittendum; primò enim juxta hæc sententiam non venisset Christus ex vi præcedentis decreti, si vel musca aliqua aut non fuisset creata, aut mortua, dicunt enim sicut omnia cognoscit Deus unico indivisibili actu cognitionis, ita unico etiam decreto omnia decernit, ergo sicut secundum omnes esset diversa scientia, si per eam non cognosceretur una aliqua musca ex iis, quæ de facto cognoscuntur, ita nec esset idem decretum, si ipsa illud non fuisset ingressa, omnia enim tam in ordine naturæ, quàm gratiæ decerni aiunt eodem actu voluntatis divinæ.

Secundò impugnatur, nam secundum Patres peccatum Adæ fuit causa moralis adventus Christi, ergo missio Christi & permissio peccati, non fuerunt decreta eodem indivisibili actu, quod probo, in tantum enim peccatum est causa moralis adventus Christi, in quantum est quid movens Deum intuitu illius vel Incarnationem, causa enim moralis est illa, quæ physicè quidem non attingit effectum, movet tamen causam physicam ad illum producendum, ergo cum intentionaliter moveat, debet videri, ergo pro illo priori est, ergo dependenter ab aliquo decreto, sed non dependenter à decreto Incarnationis, cum hoc necdum sit, ergo non est idem decretum formaliter Incarnationis & permissionis peccati.

Dices, Deum velle Incarnationem propter peccata, non est ita capiendum ut actus volendi Incarnationem sit ob peccata, sed solum est velle ut peccata sint causa Incarnationis, licet eodem indivisibili actu utraque velit. Sed contra: hoc enim videtur omnino intelligibile, esse enim causam motivam respectu alius, est esse quid movens illius voluntatem ad id præstandum, sicut enim physicè efficiens est illud, quod physicè influit in effectum, ita efficiens moraliter est quod movet alterum ad physicè influendum, ob quam rationem causa moralis reducit ab omnibus ad efficientem. Unde dicere Deum velle ut peccata sint causa moralis Incarnationis, & tamen non esse causam cur Deus velit Incarnationem, est implicatio in terminis, in tantum enim aliquid est causa moralis, in quantum est causa movens ad illius positionem, sicut est implicatio in terminis dicere Deum velle, ut medicina sit medium ad sanitatem, & tamen non velle ut physicè ad eam concurrat, ergo & velle ut aliquid sit medium morale, & non concurrat moraliter, concurrere autem moraliter, est movere voluntatem ad aliquid volendum, & efficiendum, ergo debet illud prius videri, ergo præcessit aliquid illius decretum, ergo non est idem decretum formaliter hujus & illius.

Tertiò, quia Incarnatio secundum Patres est volita ut remedium peccati, ergo præsupponitur id in ordine ad quod esse debet remedium, ergo pro aliquo priori est permissum peccatum, quam decreta Incarnatio, sicut ut gloria detur per modum præmii, requiritur ut pro aliquo priori sint merita intuitu quorum conferatur: licet enim ex vi hujus decreti nec esset Incarnatio sine peccato, nec gloria sine meritis, neque tamen esset illa ratione peccati, neque hæc ratione meritorum, utpote quæ solum concomitanter se habent: sicut si Deus decerneret eras creare hominem, vel Angelum in sole, non posset cum ex vi hujus decreti

IV. Sicut sit possibile hujusmodi decretum, sicut non, in præsentibus non est admittendum.

V. Peccatum Adami fuit causa moralis Incarnationis, ergo non permissio peccati eodem decreto.

VI. Aliquid esse causam motivam respectu alius est illius voluntatem movere ad aliquid faciendum.

Est implicatio in terminis peccata esse causam moralem Incarnationis, & tamen non movere Deum ut illum velit.

VII. Cum juxta Patres, non videmus Incarnationem volita sine remedium peccati, hoc pro aliquo priori permissum esse debuit, quàm decretum Incarnationis.

decreti creare nisi in Sole, Sol tamen non esset causa creationis.

VIII. Quod præcesserit scientia conditi-
nata non facta ut peccatum alio modo quam concomitantem se habeat ad adventum Christi.

Dices: Præcedit scientia conditionata per quam novit Deus, si homo ponatur in talibus circumstantiis, fore ut peccet, & egeat medico, unde eodem actu poterit velle permissionem vulnerum, & medicum. Respondeo, si velit comitantem, posse; si ut causam moralem & antecedentem, nego juxta supra dicta, nec enim vulnera conditionata egent medico, & consequenter nullus prudens potest velle absolute & efficaciter ut medicus artem suam exerceat, nisi prævideat causam illius artis, saltem si vulnera sint causa moralis movens ad medicum mittendum, ut Patres affirmant respectu Christi fuisse.

SECTIO SEXTA.

Attexuntur quædam circa immaculatam Conceptionem.

I. Singularis hujus, scilicet B. Virginis privilegii declaratio hic non est omittenda.

NON est hic animus plenum hac de re tractatum conscribere, variisque tum ab auctoritate, tum ratione ductis argumentis singulare hoc Virginis privilegium, gratiæ scilicet ipsi primo conceptionis instanti collatæ, ejusque à peccato originali immunitatem fusiùs prosequi, res namque per se volumus conficere. Breviter ergo tantum viam ac modum adscribam, quo eximia hæc Virgo, non ab originali solum peccato, sed à debito etiam proximo illud contrahendi, fuerit exempta. Qui plura cupit adeat P. Salazar libro hac de re peculiariter scripto, Patrem etiam Suarez, Granado, Tannerum, & alios quosdam, apud quos rem hanc fusiùs discussam inveniet.

II. In primis vocari in debitum non debet utrum B. Virgo singulari hoc privilegium habuerit.

Supponendum, Beatissimam Virginem sine originali conceptam fuisse, cujus contrarium vel publicè; vel privatim docere, Apostolicæ auctoritate est interdictum. Fundamenta hujus opinionis videri poterunt in Suario, Tomo 2. in tertiam partem, disp. 3. sect. 5. Vasquez, Salazar, & alii: unum idque ex præcipuis est, Beatam Virginem nunquam peccatum ullum veniale admisisse, ut docet Sanctus Augustinus lib. de Naturâ & Gratiâ cap. 36. & Concilium Tridentinum sessione sextâ, can. 23. aitque esse communem Orthodoxorum sensum, ergo nec contraxit originale: Probatur consequentia, tum quia lapsus in venialia peccata est proprius effectus originalis ob infirmitatem contractam ex defectu originalis justitiæ, unde S. Augustinus libro quinto contra Julianum cap. 9. Hanc tanquam bonam consequentiam deducit, Christus non fecit peccatum, ergo nec habuit ullum unquam peccatum, profecto enim, inquit, peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset, ergo idem longè potiori jure dici deberet de Virgine. Deinde si propter honorem Domini, quem peperit, ut ait idem Sanctus Augustinus, non debuit vel minimo maculari Sancta Virgo veniali, multo minus maculari debuit peccato originali; quod est vera mors animæ, & veniali multo deterioris.

Vna ex præcipuis rationibus cur B. Virgo peccatum originale non contraxerit, est quia nullum unquam peccatum, ne veniale quidem, admisit.

III. Sicut ex festo Nativitatis B. Virginis inferuntur fuisse bandum natam Virginem fuisse sine originali

Secundò hoc idem probatur ex ipso festo conceptionis ab Ecclesiâ instituto: unde sicut Sancto Thomæ, Sancto Bernardo, Sancto Ildefonso, & aliis sufficiens erat argumentum ad probandum natam Virginem fuisse sine originali

quòd Ecclesia festum de illius Nativitate instituit, idem similiter erit de Conceptione, quod festum, inquit Sanctus Anselmus in Epistola ad Episcopos Angliæ, non est verus amator Virginis, qui non celebrat. Deinde Concilium Tridentinum, declaravit non esse contra fidem beatam Virginem à generalibus Scripturæ, circa hanc rem, locutionibus excipere, æquè enim generales sunt locutiones Scripturæ de peccatis actualibus, ac de originali, ut non est homo qui non peccat. 2. paralip. 6. In multis offendimus omnes, Jacobi 3. cum ergo ab his excipiatur, non est cur excipi non possit ab aliis.

eam natam sine originali, ita expresso Conceptionis rectè inferuntur fuisse sine originali conceptam.

Certum etiam est Beatissimam Virginem verè fuisse per merita Christi redemptam, quod ut aliqui defendant, dicunt ipsam, licet originale nunquam contraxerit, sicut reliqui Adæ posterii, habuisse nihilominus debitum proximum illud contrahendi, quod nihil aliud est, quam eam peccasse in Adamo, & consequenter, quantum ex se esset jam determinatam ad habendum privationem gratiæ, nisi Deus eam in posteriori signo liberet. Hujus opinionis est Suarez citatus, sectione secundâ, quam opinionem licet sæpè rogaretur nunquam mutare voluit, ut videre licet in tractatu de peccato originali, tum quòd non multum faceret ad honorem Virginis, & difficultatem insuper adderet maximam. Idem tenet Vasquez, & alii, qui dicunt, licet Beata Virgo per merita Christi præservata fuerit ne contraheret peccatum originale, debuisset tamen illud contrahere, nisi à filio fuisset liberata.

IV. Certum est B. Virginem fuisse per Christi meritum redemptam.

Alii tamen ad laudem Virginis spectare existimantes, ut non à peccato solum originali, sed à debito etiam proximo illius sit exempta, varios modos, quibus id explicari possit excogitaverunt, quorum hic aliquos afferemus.

V. Alii, non à peccato tantum originali, sed à debito etiam proximo illud contrahendi Virgine exemptum.

Pater Salazar de Conceptione Virginis, c. 24. tit hoc præstet sic signa rationis instituit: in primo, inquit, signo decrevit Deus varios homines, non generatim, sed in particulari producere: in secundo, Adamum caput physicum & morale eorum constituit, pactum quo cum eo inuit de gratiâ transfundendâ in posteros: in tertio ejus lapsum vidit, in quarto decrevit Christum redemptorem: hætenus nulla mentio de Virgine: in quinto, ergo signo, inquit Salazar, Beatam Virginem Matrem Christo præsternit, quæ proinde nullum debitum originalis contraxit, nec peccavit in Adamo, cum pactum in secundo signo positum non fuerit ingressa, sed solum incipiat in quinto.

VI. Primus modus Virginis à debito proximo contrahendi peccatum originale liberandi.

Hæc sententia ob multa difficilis est, primò, quia pactum illud non poterat tendere ad tales homines determinatos, quos pro eo signo videbat Deus futuros, cum multi ob merita Christi, & Sanctorum preces nascantur, qui tamen pro illo priori videri futuri non poterant, cum pro eo signo non videretur futurus Christus. Latius ergo patere debebat pactum illud, ut comprehenderet omnes per naturalem propagationem futuros Adæ posteros, ac proinde omnes homines possibiles potuissent in hoc pacto includi, si futuri essent Adæ posterii.

VII. Hac ordinatio decretorum circa Virginis Conceptionem, non parum videtur diffici-
lis.

Secundò, & præcipuè, nam secundum hanc doctrinam ægrè salvatur, quo modo Beatissima Virgo redempta fuerit à Christo, cum antecederet ad merita Christi initum fuerit pactum, & Virgo exclusa, ergo non debet filio, quod excludatur, nec ullâ ratione per ipsum liberatur à vinculis, quæ nec habuit, nec habere unquam debuit.

VIII. In illo modo statuendi decreta, ægrè salvatur quo modo Virgo fuerit per Christum redempta.

Tom. II.

debut. Sicut si focus navigantibus Paulus amicorum rogatu navigare nolit, & illi cariosam navem sortiti naufragium fecerunt, Paulus postea suafu Joannis, à quo etiam navem accipit, navigans sospes pertingit ad portum: certè quòd naufragium non fecerit Paulus, non debet Joanni, sed amicis; Joanni verò solum debet hanc navigationem: quod exemplum ad Beatam Virginem quivis facillè applicabit.

IX.

Dices: Ex meritis Christi dilatatum fuit decretum de Virgine.

Dices: Non solum nata est Virgo ex meritis filii, sed ex ipsidem etiam meritis dilatatum est decretum de illius existentia, sicque ob Christum periculum evasit, quod sufficit ad redemptionem. Sed contra: Nam pro illo priori signo, quo Deus pactum inivit cum Adamo de gratia in posteris transfundenda, vel extenditur pactum ad omnes, qui quovis modo essent futuri illius posteris, vel ad illos solum, quos determinatè pro illo priori Deus significabat. Si primum, ergo Beata Virgo ingressa est pactum, & peccavit in Adamo, & consequenter debitum contraxit: si secundum, ergo pro illo priori positivè excludebatur à pacto, idque ante prævium, vel Christum, vel illius merita, ergo non est liberata à debito per merita Christi.

X.

Probabilis via Beatissimam Virginem à debito proximo peccati originalis eximendi.

Dua ergo alia probabiles viae sunt Virginem à debito proximo eximendi: prima est, ut in primo signo creet Deus hominem, quem constituat caput aliorum, pactum cum eodem iniens de transfundenda, vel amittenda gratia posteris, excepta tamen pro eodem signo illa, quam sibi esset Deus in Matrem electurus. (Lex enim universalis particulares aliquas exceptiones patitur) non tamen pro illo signo determinat quam in particulari eligeret; cum ergo pro tunc non determinetur, non magis pro illo priori eximitur beata Virgo, quam quavis alia, sicque intelligitur quomodo habeat remotum debitum peccati originalis, casu quo Adamus peccet. Deinde videt peccatum, decernit Christum, redemptorem, tandem ex Christi meritis Beatam Virginem ipsi in Matrem elegit, quae ipso facto per hanc electionem excluditur ex pacto ob merita Christi, cum enim Mater Christi quaecumque illa esset futura, ipso facto esset excludenda, Christus per sua merita illam in Matrem determinando, eo ipso eximit à debito.

Beata Virgo secundum hanc viam habuit debitum remotum.

XI.

Res hac aptissime explicatur exemplo ex humanis desumpto.

Explicant recentiores aliqui doctrinam positam hoc exemplo: ponamus Principem facultatem Paulo concedere novam urbem condendi, & cum eodem pacifere, ut si fidus Regi permanferit, omnes qui futuri sint incolae illius urbis, sint immunes à tributo, sin infidus omnes tributum teneantur in perpetuum solvere, illo uno excepto, qui illius civitatis futurus est prator: fit postea infidelis Paulus, Princeps verò rogatu Petri Joannem, qui animi aut valetudinis gratia civitatem illam cogitat, pratorem ejusdem urbis constituit, hic ergo ut praturam, ita liberationem à tributo, cui alias fuisset obnoxius, Petro acceptam refert. Idem est de Christo & Beata Virgine, haec enim debitum quoddam radicale habuit contrahendi maculam originalem, cum pactum ad omnes Adae posteris se extenderit, illa excepta, quae futura esset Mater Dei, quae dignitas pro illo priori non magis competeat Virgini, quam aliis, cum ergo postea Christus eam per merita sua Matrem designaverit, eadem opera à debito proximo originalis eam exemit, effecitque ut in Adamo non peccaverit.

Joannes in praedicto casu liberationem à tributo illo acceptam debet Petro.

Applicatur exemplum Christo & ejus Matri.

Dices: In illo priori signo, quo intelligitur peccasse Adamus, vel intelligitur Virgo ingressa pactum, & voluntas ejus peccasse in Adamo, vel non: si ita, ergo jam contraxit debitum proximum, nec per ulla merita filii potest ab eo liberari, cum quod jam factum est, nemo reddere infectum possit: si non, non potest postea intelligi peccare in Adamo, cum in ipso nemo peccare possit, nisi peccante illo, in tantum quippe peccatum imputatur posteris moraliter, in quantum ab ipso procedit physice, ipse autem in nullo alio signo nisi in illo priori intelligitur peccare.

XII. Obicit. Nisi in illo signo, in quo peccavit Adamus, Virgo ingressa fuit pactum non debuisse aliam omnino debitum.

Respondeo, argumentum probare, debuisse aliquo modo fuisse voluntates posterorum in voluntate Adami pro illo priori, non tamen determinatè, sed solum generatim, id est, omnium posterorum, illa excepta, quae futura esset Mater Dei, & sicut hoc, esse scilicet Matrem Dei, pendet ab aliquo ponendo in signis sequentibus, nempe meritis Christi, ita &, non quod jam peccet vel non peccet, sed quod peccaverit vel non peccaverit peccante Adamo. Dices ergo nec habuit debitum remotum, quod tamen est necessarium admittendum, alioquin nullo modo dici posset redempta à filio. Respondeo negando sequelam, ad debitum enim remotum sufficit esse unam ex posteris Adae, & quod pro eo signo non sit designata Mater Dei.

XIII. Omnes posterorum voluntates erant in illo priori ali-quo modo in voluntate Adami.

Alius hoc idem explicandi modus esse potest, ut pro primo signo intelligatur Deus dedisse gratiam Adamo transfundendam in posteros, iis solum exceptis, quos ipse ex speciali privilegio vellet nobiliori modo primo instanti conceptionis sanctificare, ex vi cujus pacti erat Adamus caput totius generis humani, non tamen ullius in particulari, cum nullus in particulari pro illo priori esset, qui ex vi modi ferendi legem illam eximit ab eò non posset, unde fuit debitum generatim in naturam humanam contrahendi originale, iis exceptis, qui peculiari modo essent sanctificandi.

XIV. Assignatur alia via per quam ille, qui eximere debet peccatum originale.

Aliquale exemplum hujus rei habemus in decimatione exercitus, ubi omnes milites sunt remotè saltem morti obnoxii, cum nullus sit in quem fors exsententià ab Imperatore lata cadere non possit, proximè autem il solum, qui decimo loco sunt siti, quod tamen magis appositum esset ad rem nostram, si ad mortem eos condemnans statuisset decimum vel centesimum quemque salvare. Postea verò decernens Deus adventum Christi, ex meritis illius statuit Beatae Virgini gratiam perfectiorem peculiari illo modo conferre. Hoc ergo posito non solum libera futura erat Virgo ne peccatum originale contraheret, sed etiam eximenda erat à pacto, ne peccaret in Adamo, cum il solum peccaturi essent in Adamo, & consequenter deberent peccatum originale contrahere, qui essent futuri posteris Adae, & non sanctificandi modo illo particulari, quo Beata Virgo gratiam accepit.

XV. Res hac aptissime declaratur exemplo decimationis exercitus, ubi Imperator decernens quis decimus vel centesimus quisque salvandus esset, vel servandus.

Hinc constat Virginem verè & propriè fuisse redemptam à filio, quia ex meritis passionis ipsius accepit hanc peculiarem gratiam, & praeservata est quo minus laboreret, alioquin lapsura. Si verò Adamus stetit, Virgo gratiam per illum non accepisset, si hoc peculiari modo eam statuisset Deus sanctificare, accepisset verò, & generalis illius sanctificationis cum ceteris Adae posteris particeps fuisset, si Deus hanc ei peculiarem gratiam facere non decrevisset.

XVI. Secundum hanc viam prorsus debet Virgo redempta fuisse à Filio.

Uterque hic modus probabilis est, solum displicet in priori, quod secundum illum, non immediate

XVII.

in prioribus... immediatè tendant merita Christi ad liberandam Virginem à peccato, & illius debito, sed mediatè solum, & consequenter, in quo præstantur est secunda via debitum proximum Virgini negandi. Restat solum Notandum, licèt singamus instantia rationis, ad instar instantium realium qua de causa facillè confunduntur, non tamen posse duci argumentum ab illis ad hæc; nec enim sequitur, non est aliquid pro priori aliquo signo, rationis; ergo non est in toto instanti, ut mille exemplis constat.

SECTIO SEPTIMA.

Deducuntur quedam Corollaria, tum circa seriem decretorum, tum immaculatam Virginis conceptionem.

I. Hinc infero primò, si ex meritis Christi nullus contraxisset peccatum originale, futurum fuisse ipsum verè & propriè redemptorem: Sicut enim fuit verè redemptor respectu Virginis, ita & fuisse respectu aliorum, si hoc beneficium in ipsos contulisset.

Infero secundò cum P. Vasquez hic, Tom. 2, disp. 116. cap. 2. & aliis, decretam fuisse Incarnationem antequam ulli ex posteris Adæ in particulari viderentur contraxisse peccatum originale, non tamen antequam generatim esset debitum aliquod in natura. Primum probatur, quia sicut Beatissimam Virginem liberavit Christus suis meritis à peccato originali, ita quemvis ex Adæ posteris liberare potuisset, ut communiter fatentur Doctores, quod tamen præstare non potuisset, si priùs ad Incarnationem & merita Christi contraxisset originale. Secundum docere videtur Sixtus quartus in extravaganti præcelsa de reliquiis & veneratione Sanctorum, asserens Divinam providentiam pro conciliandâ suo auctori naturâ humanâ lapsu primi parentis æternæ morti obnoxia, Beatissimam Virginem elegisse, ex qua Verbum carnem assumeret.

Quæres, quo pacto possit contingere, ut omnes generatim debitum originalis contrahant, nullus verò in particulari, omnes siquidem nihil aliud sunt, quàm hic, & ille, &c. Respondetur in denominationibus quidem physicis id contingere non posse; si enim tribus tantum hominibus Petro, Paulo & Joanne existentibus, omnes homines currant, Petrus, Paulus, & Joannes necessariò currunt: at in moralibus hoc non necessariò contingit; cum enim hæc denominationes proveniant ab intellectu & voluntate, quæ abstractiùs procedunt, potest aliquid competere omnibus generatim, & tamen nulli in particulari. Exempli gratia, ponamus absolutè voluisse Deum & efficaciter, ut unus ex filiis Noè statim post diluvium ipsi offerret sacrificium, est absolutè necessitas in omnibus ut unus offerat sacrificium, & tamen non est necessitas ut Sem in particulari offerat. Sic si Princeps ob rebellionem alicujus civitatis ferat in eos sententiam ut septem plectantur capite, in quos fors ceciderit, est absolutè obligatio in totâ civitate, ut septem plectantur, in nullo tamen in particulari est obligatio ut plectatur ipse; ergo rectè stat in moralibus posse aliquem generatim cadere absolutè in multitudinem, & tamen in neminem in particulari. Adde, sicut in om-

P. R. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

nibus, ita & in singulis fuisse pro illo priori debitum remotum contrahendi peccatum originale.

Dices: Hinc saltem sequi Deum velle res confusè; vult enim generatim solum, non descendendo ad particularia, qui est confusus volendi modus, sicut etiam confusa cognitio dicitur illa qua plura generatim cognoscuntur, non discernendo inter illa, nec unum ab alio distinguendo. Respondetur Deum non hoc sensu aliqua generatim velle, quasi non velit illa distinctè, sicut in hominibus contingit, qui cum confusè solum res subinde cognoscant, confusè etiam eas volunt; Deus verò distinctissimè & sigillatim omnia cognoscit & consequenter etiam voluntas, quæ sequitur cognitionem, distinctè etiam fertur in objecta: dicitur verò generatim aliqua velle, non quod ea non velit in particulari, sed quòd non magis unum velit, quàm aliud. Sic quando præcipit offerri sibi turtures aut columbas, novit pro illo priori distinctè individua unius generis & alterius, dicitur tamen generatim solum velle turtures aut columbas, quod non determinet in particulari quas velit, sed solum declarat se velle aliquas in particulari ex alterâ eorum specie sibi offerri, non tamen præferendo unam speciem alteri, quod tamen faceret si præciperet sibi offerri columbas determinatè, licèt adhuc maneret indifferentia circa hæc vel illa individua: Quando autem Deus præciperet hoc numero individuum sibi offerri, non magis in particulari fertur in illud quàm quando ex duobus vult alterum, sed solum in illo casu vult illud in particulari, præferendo omnibus aliis, hic verò vult illud in particulari, sed ita ut non præferat aliis, sed æqualiter in particulari vult omnia, quod in Deo, qui omnia cognoscit perfectè, est velle generatim.

Infero tertio: Fuisse præfinitum Christum ante prævisionem ullius peccati actualis posteriorum Adæ: quo tamen non obstante, ad redemptionem etiam nos à mortalibus venit Christus. Prima pars probatur, tum quia multa peccata actualia præsupponunt Incarnationem, ut hæreses contra hoc mysterium, peccata Judæorum in personam Christi, & alia hujusmodi; tum quia juxta communem sententiam omnium, auxilia tum Adæ ad resurgendum, & ad peccata post lapsum vitanda, tum posteris omnibus ad resistendum tentationibus data sunt ex meritis Christi, sed peccata supponunt omnia requisita ad ea faciendâ vel vitandâ; ergo prior naturâ est Incarnatio quàm peccata actu commissa.

Secunda etiam pars declaratur; licèt enim Christus non fuerit præfinitus ut tolleretur peccata actualia jam prævisa, missus tamen fuit ad auxilia congrua nobis danda ad peccata vitanda, & ad remedia præparanda peccatis, quæ jam præsciebantur, non quidem posita, sed imminere in radice, nempe peccato Adami, sicque mittebatur ut casu quo peccata actualia committerentur, Sacramenta & alia ad illorum ablationem pararet.

Dices primò: Christus venit ut redemptor respectu actualium; ergo debebant videri commissa. Negatur consequentia: ad redemptionem enim sufficit, quòd liberet à peccatis quæ esse mus commissuri, ut in simili omnes dicere debent de Virgine, meritis Filii creptâ ab originali, respectu cujus Christus verè fuit redemptor.

IV. Obje. Ex his sequi, Deum velle res confusè.

Resp. Deum omnia qua vult, velle distinctissimè.

Quia se videtur quia Deus vult offerri sibi turtures aut columbas.

V. Præfinitus fuit Christus ante prævisionem ullius peccati actualis posteriorum Adami.

VI. Missus fuit Christus ad auxilia in remedium peccatorum, quæ jam in radice imminabant.

VII. Quid requiratur ut Christus venerit ut redemptor respectu peccatorum actualium.

A a

Dices

Vertical text in the left margin, including 'VI. ad hunc...', 'VII. ad hunc...', and other marginal notes.

TOM. II.

VIII.

Obicit. Ergo licet non fuisset pravisum peccatum Adami, Christus venire potuisset ut redemptor.

Dices secundò: Ergo si non fuisset pravisum etiam peccatum Adami, adhuc potuisset Christus venire, ut redemptor, nempe ut Adamo prepararet media ad peccatum illud vitandum. Respondetur primò: Quicquid sit de possibili, saltem juxta mentem Patrum, non hac ratione venit redemptor Christus, ut supra ostendemus: & in hoc sensu ibidem sumptimus nomen redemptoris & medici cum Patribus & Theologis, quando diximus ex eo quod prafiniatur efficaciter quis ut redemptor & medicus, inferri necessitatem peccatorum, nempe si prafiniatur aliquis redemptor & medicus ut curet & auferat peccata & morbos, non ut præverrat.

IX.

Si eo modo prafinitus fuisset Christus, non fuisset prafinitus Redemptor eâ ratione quâ jam est prafinitus.

Respondeo secundò: Etiam si qui præservaret à peccatis omnibus, dici posset aliquo modo redemptor, non tamen eo modo quo jam Christus est redemptor, etiam respectu Matris. Ratio est quia tunc solum præservatio à peccatis dicitur redemptio, quando est periculum illa vel contrahendi vel admittendi, quod Adâ posteris impendebat in radice, nempe peccato originali, per quod perdita erat justitia originalis, vires arbitrii imminuta, perditum jus ad omnem cogitationem congruam, & auxilia supernaturalia, ac proinde moraliter erat certum commissum iri multa peccata actualia, à quibus jam imminenti- bus præservare sufficit ad rationem redemptionis: at si nullum esset peccatum originale commissum, non posset proprie vocari redemptio, cum nullus redimi dicatur vel liberari à calamitate, nisi vel quam patitur, vel est in periculo ut patiatur, nec liberare dicitur medicus hominem à morbo, illum præviniendo quantumcumque præsantia det pharmaca, si non erat homo ille in periculo morbi contrahendi, sicut nec navarchus à naufragio. Si tamen vocare quis velit redemptionem & liberationem, præservationem mediorum per quæ defendi aliquis possit à calamitate, morbo, & naufragio, quæ quovis modo potuissent contingere, dicere id poterit, non tamen foret ita propria locutio.

X.

Quicquid gratia habet jam Adamus, habet ex meritis Christi.

Infero quartò: Omnem gratiam, quam habet Adamus esse effectum meritorum Christi. Dices: Gratia quam habuit Adamus in statu innocentiae fuit ante pravisum Christum, & illius merita; ergo non potuit provenire à meritis Christi. Distinguo consequens, ut reparata & restituta post lapsum, nego: Hanc enim gratiam quam perdidit, recuperavit iterum Adamus ex meritis Christi.

Infero quintò: Si Adam non peccasset, Christum ex vi præsentis decreti ob sola mortalia actualia non fuisse venturum, multo minùs ob venialia, cum de facto venerit ad redimendum nos à peccato, quod per Adamum nobis impendebat: unde Joannis primo, ubi vulgata lectio dicit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* ^{let.} *græcus textus, habet Ἰὺ ἀμαρτίας, peccatum mundi, quod etiam passim affirmant Patres, adventum Christi, non in peccatum quomodo- cunque, sed in peccatum Adâ referentes. Verisimile tamen est, si omnes homines fuissent lapsi in actualia peccata, habiturum Deum aliud decretum, ex vi cujus veniret, quod colligitur ex modo quo jam vult ejus adventum, nempe ad remedium toti naturæ afferendum, sed tunc etiam tota natura egeret remedio, ergo.*

Infero sextò: Cum sancto Thoma hic, art. 2. principalis venisse Christum, ad tollendum originale, quàm actualia, tum quia peccatum originale est universalis malum, tum etiam quia, cum non propria voluntate commissum sit, sed contractum culpâ alterius, dignus est veniâ, tum denique quia in tantum venit ad remedium afferendum actualibus, in quantum hæc videbantur inclusa virtualiter in peccato Adami, tanquam in radice. Quid verò fecisset ex vi alterius decreti, si Adamo non peccante aliqui ex posteris ejus mortalia commisissent, si homines creati in pura naturâ in peccata fuissent prolapsi, & aliâ hujusmodi, ipse solus novit.

Dices: Ita Christus pro omnibus mortuus est, ut etiam mortuus sit pro singulis; ergo vel uno peccante venisset, quod ostendit primò parabola unius ovis perditæ; deinde S. Paulus ad Hebræos c. 6. dicit peccatores iterum crucifigere sibi Filium Dei, id est peccando ponunt id, ob quod paratus est Christum iterum mori. Respondetur mortem Christi quoad effectum ita pro singulis esse, ac si pro uno solo offerretur. Ovis illa perditâ significat, ut communiter dicunt Interpretes, naturam humanam. Loquitur verò sanctus Paulus, juxta sanctum Chrysostomum, & sanctum Anselmum, de iis qui revertebantur ad Judæismum, qui proinde consentientes cum Judæis crucifigebant denuo Christum, id est dignum judicabant, qui crucifigeretur. Alii cum sancto Cyrillo dicunt sermonem illic esse de iis, qui instituire volebant secundum baptismum, quod est iterum crucifigere Christum, cum per primam crucifixionem instituerit primum.

